



Q. 11.



Q. 206. 10.

V
g
863

DISPV

TATIO MAGDE-
BURGENSIS, PER
NICOLAVM AMS-
DORFIUM.

1533

DIS
GI

1

2

3

4

5


6

7

8

9

10



DISPUTATIO MAGDEBUR-
GENSIS, PER NICOLA-
VM AMSDORFIVM.

- 1 **P** Apam esse supra Cæsarem, est contra Chri-
sti uerbum & factum.
- 2 Verbo docuit Christus, date Cæsari quæ Cæsa-
ris sunt.
- 3 Cæsaris autem sunt, honor, timor, uectigal, &
tributum.
- 4 Facto idem coram Pilato probauit Christus, &
dum soluebat didrachmum.
- 5 Papa itaq; cum suis creaturis tenetur sub peccat-
o mortali reddere Imperatori honorem & ti-
morem.
- 6 Simul quoq; uectigal & tributum, nisi Cæsar
uoluntarie remiserit.
- 7 Quoties autem Cæsar exegerit, reddere tenetur
Papa, quemadmodum Christus pro se & Petro
dedit.
- 8 Sicut Petrus agnouit Cæsarem pro domino, ita
Clemens hoc tempore pontifex, Carolum quina-
tum, pro domino suo agnoscere debet.
- 9 Sed contrarium facit Clemens, Cæsarem contem-
nens, ipsum nec timet nec honorat.
- 10 Imo blasphematur Papa Cæsarem, summam illam
maiestatem excommunicans.

A ij

Notis

- 11 Non propter peccata contra Dei præceptum,
quod parum curat Papa, sed propter res prophæ-
nas, hoc est, propter temporalia. 23
- 12 Quæ tamen nihil ad officium & ministerium Pa-
pæ pertinent. 24
- 13 Ideo impudentissime à Cæsare honorem exigit
Papa, ut pedes suos sibi osculetur. 25
- 14 Et dum illum ecclesiæ aduocatum & suum usal-
lum præsumptuosissime pronunciat. 26
- 15 Papa tenetur osculari pedes Cæsaris, & illum
tanquam dominum suum uenerari & adorare.
- 16 Et Cæsar tenetur id ab illo exigere, & postula-
re, ne suam maiestatem reddat uilem & contem-
ptam. 27
- 17 Nam à Deo gladium habet Cæsar (hoc est) com-
missam sibi à Deo potestatem & maiestatem. 28
- 18 Hanc Papa non habet, sed usus gladij, est ei pro-
hibitus, iuxta illud, Reges gentium dominantur
uos non sic. 29
- 19 His uerbis Christi non affectus, sed effectus ipse
prohibetur. 30
- 20 Affectus dominandi, aliis singulis & omnibus
est prohibitus. 31
- 21 Usus autem gladij per uim suæ excommunica-
tionis usurpauit Papa. 32
- 22 Ut ipsius Cæsaris & rerum domini, dominus &
Cæsar fieret. 33

Et factus

- 23 Et factus est Cæsaris imperator. Nam Cæsar illi
 us pedes osculatur, illumq; tanquam dominum
 ueneratur & adorat.
- 24 Papa alium habet gladium, nempe uerbum Dei,
 sibi commissum.
- 25 Illius usum ei commisit Christus, dum dixit, Pæ
 oues meas.
- 26 Hoc suo gladio & illius usu relicto, & contem
 pro, gladium Cæsaris sibi prohibitum, accepit, om
 nium nebulonum nebulo sceleratissimus Papa.
- 27 Non parum peccat Cæsar, quod consentit & con
 temptorem suæ maiestatis adorat.
- 28 Licet sibi innocens sit optimus Cæsar, fretus sua
 bona conscientia.
- 29 Sed hæc non excusat à peccato, quia erronea est
 & falsa.
- 30 Putat enim se obsequium præstare Deo, cum de
 um non nisi irritet & prouocet.
- 31 Deceptus per Episcopos & monachos, qui auz
 lam eius regunt & ordinant.
- 32 Qui suis sermonibus Cæsarem illudunt, illiq; &
 toto orbi imponunt.
- 33 Nam hominum uerba illi obtrudunt, non Chri
 sti uerbum ei prædicant.
- 34 In Cæsaris & principum aulis, episcopi & mo
 nachi esse non debent.

A iij

Pastores

- 35 Pastores animarum habere debent Reges & principes, qui purum Verbum dei doceant. 47
- 36 Vt illorum conscientias rite et recte informent & instituant. 48
- 37 Non uerbis hominum, quantumuis sanctorum et magnorum siue patrum siue conciliorum. 49
- 38 Nam per illa, hominis conscientia non fit recta, quamuis ad tempus possit esse bona, sed erronea. 50
- 39 Solo autem puro uerbo Dei conscientia hominis fit recta & bona. 51
- 40 Ideoq; solum purum uerbum Dei optimo Casari & reliquis principibus, ab illis qui uolunt esse in aula, est praedicandum. 52
- 41 Non autem possunt neq; debent se intrmittere, ad ministerium temporale. 53
- 42 Siue papa sit, siue episcopi. Nihil enim ad eos quomodo regant & imperent reges. 54
- 43 In ciuilibus & politicis, secus in ecclesiasticis. 55
- 44 In ijs enim episcopi & pastores praesse debent, iuxta illud, Pascere oues meas. 56
- 45 Et ubi peccant, & contra Dei praecipuum fecerint principes, monendi sunt & arguendi per pastores uerbo Dei. 57
- 46 Proinde pessime fecit Ioannes duodecimus, quod Ottoni primo leges posuit, & illum non nisi sub conditione

conditione ad imperium admisit.

- 47 Optimum imperatorem iurare cogebat, nebulo
scalestus, ne gladium in Italia & Roma admini-
strare uellet.
- 48 Hinc primum perdidērunt Romam & Italiam
optimi imperatores.
- 49 Nam Lotharius Romam & Italiam sub suo im-
perio pleno iure habuit.
- 50 Imo Romani Lothario iuramentum praestiterunt
- 51 Verum est, quod uicarium reliquit in Italia Otto,
sed idolum erat & larua, quia nihil contra Papae
uoluntatem tentare audebat.
- 52 Hoc iam uindicandum esset a Carolo quinto, pro
gloria imperij Romani.
- 53 Haec inculcanda essent tanto imperatori, si sapi-
entes & fideles haberet consiliarios.
- 54 Ut Roma & Italia rursus ad suum principem
rediret, liberata a tyrannide Papae, omnium im-
peratorum atrocissimi inimici.
- 55 Sic perfide fecit Nicolaus secundus, quod Rober-
tum & Calabriae & Apuliae ducem, coram impe-
ratorem instituit & creauit.
- 56 Quid ad episcopum Romanum, quis dux sit Ca-
labriae & Apuliae.
- 57 Nunquid Christus aut Petrus hoc aut simile
fecit?

A iij

Cur

- 58 Cur igitur id faciunt qui gloriantur se esse uicarios Christi & Petri successores? 70
- 59 Quasi trunā essemus & lapides sine sensu & ratione. 71
- 60 Nec mirum, quia bestiae sunt Germani in oculis Italarum. 72
- 61 Sic perfide & praesumptuosissime fecit Gregorius septimus, non minus malignus quam impius. 73
- 62 Quod Henricum quartum excommunicauit & ab imperio deposuit. 74
- 63 Non quod peccauerit Henricus contra dei praecipua. Nam id ridet Papa, ut solent Itali & omnium nationum omnes clerici. 75
- 64 Maxime autem Cardinales & Episcopi, excepto Saltzburgensi, per impossibile. 76
- 65 Sed quod iura imperij, & Romanorum imperatorum suorum antecessorum defendere uoluit. 77
- 66 Non enim Papae concedere uoluit, ut sibi uendicaret, quae reliqui imperatores, longo usu, iure, & consuetudine habuissent. 78
- 67 Nam Benedictus tertius & Nicolaus primus à Ludouico secundo sunt confirmati. 79
- 68 Ab illius Gregorij septimi tempore, priuatus est Romanorum imperator suo honore & iure. 80
- 69 Ne amplius instituat aut confirmet Romanum pontificem, & reliquos imperij Episcopos.

Videat

- 70 Videat igitur imperator, quomodo excusari possit, quod ad ista conuiuet.
- 71 Nam sola excommunicatione, suo iure & honore imperatorem priuauit pontifex.
- 72 Idem fecit Pascalis secundus Henrico quinto, contra foedus & fidem, quam illi Romae dedit.
- 73 Factus fidefragus contra mundi dominum.
- 74 Idem fecit Calixtus secundus eidem Henrico quinto.
- 75 Adrianus quartus longe maiora fecit contra Fredericum primum, similiter & Alexander tertius omnium pessimus.
- 76 Non minus impie quam tyrannice Henricum sextum propter regnum Siciliae excommunicauit Celestinus tertius.
- 77 Tantum pertinet Siciliae regnum ad Papan, quantum Romanum imperium ad Christum pertinebat, dum uiueret in terris.
- 78 Philippum Romanum imperatorem propter ducatum Ethruriae excommunicauit Innocentius tertius.
- 79 Iuxta Christi regulam, dicentis, Quis me constituit iudicem, &c.
- 80 Ille idem Ottonem quartum excommunicauit, & imperio illum priuauit, quod gladium sibi commissum, ad uoluntatem Papae non administrauerat.

A V

Sic

- 81 Sic Fridericum secundum excommunicauit & imperio deposuit Honorius tertius, quod ille secundum antiqua iura instituerat episcopos. 93
- 82 Et hunc Fridericum excommunicauit Gregorius nonus, absq; iusta causa. 94
- 83 Et crucem contra illum, tanquam inimicum fidei predicauit hoc teterrimum monstrum. 95
- 84 Idem impie fecit & tyrannice Innocentius quartus. 96
- 85 Bonifacius octauus ex Gallo uoluit facere Vassallum Papæ. 97
- 86 Sed Gallus noluit, & recte, Ideo illum excommunicauit impius pater, minus recte. 98
- Et quis potest omnia de omnibus commemorare.
- 87 Nam impie & crudeliter fecerunt Ioannes uigimus secundus, Benedictus duodecimus, & Clemens sextus, cum Ludouico. 99
- 88 Vbi Papa per publica edicta gloriabatur se esse dominum Cæsaris & totius imperij.
- 89 Nimirum hoc est esse uicarium Christi, successor Petri, & Christi uestigia sequi. 100
- 90 Maledictus sit qui papam agnoscat ministrum Christi.
- 91 Benedictus uero qui illum ministrum Satane predicat.
- 92 Domini est salus, & super populum TVVMbe nediectio TVA. Papa

- 93 Papæ non est salus, & super populum Papæ be-
nedictio Papæ.
- 94 Sed scriptum est, Maledicam benedictionibus eor-
um.
- 95 Igitur custodiat nos Dominus à benedictione Pa-
pæ & suarum creaturarum.
- 96 Quia caracteribus, oleo & rasura, ut incantato-
res omnia benedicunt.
- 97 Nihil autem uerbo Dei & fide sanctificant.
- 98 Verbum quidem Dei murmurant, sed id cordi
& conscientie non prædicant.
- 99 Verbum nihil benediat aut sanctificat nisi per fi-
dem.
- 100 Nam uim nullam habet uerbum, nisi corde per-
cipiatur.

M. D. XXXIII.

Ad hebr. 1. scribitur sunt ministri spiritus ad ministrum missi
 et eos qui futuri sunt heredes. Hic locus duo dicit. primum
 quod sit substantia angelorum. deinde quod sit officium. Substantia est
 spiritualis, quia vocat eos spiritus. distinguit autem scriptura
 spiritus a corporibus, cum inquit, spiritus carnis et ossa non habet.

Sunt autem duplex spiritus, boni et mali. Mali non sunt
 creati in malitia, sed a deo creati sunt sine vitio. postea deo
 deserunt sicut inquit christus, mandatum esse propriis loquitur.
 ergo non accipit a deo. Unde episcopus petrus et iudeus testatur.
 angelos non seruasse suam originem. id est non mansisse
 tales, quales creati sunt.

De officio angelorum

Epistola ad hebreos vocat eos ministros spiritus, et
 addit et eos qui sunt futuri heredes. Hec sententia
 testatur angelos occupatos esse cura ecclesie defendendae.
 Sic autem cogitamus, sicut reuera ad hunc modum
 se habet ecclesia. Ecclesiam velut civitatem ab una parte
 diaboli obsident et oppugnant acerrime. Ab altera
 defendunt et propugnant angeli. nam paulus vocat
 diabolum spiritum acerb. versantur igitur utriusque boni
 et mali spiritus cum hominibus.

Ut autem officia bonorum angelorum magnos possint
 primum consideremus quod sicut homo habet
 distribuitur autem diabolo quod sit mendax et homicida.
 Mendax est. inmani quodam odio dei conatur
 summo viribus deformare gloriam dei. Ideo intat
 homines ad ipsas opiniones de deo, et ad blasphemias
 et efficit, ut hec propagetur; sicut paulus inquit,
 tenent captivitas mentes hominum; inde nomen habet
 diaboli, quia calumniatur deum dei, et sicut ipsas
 opiniones: sicut statim initio apud eum calumniatus
 est verbum dei, et extirpavit eius autoritatem,
 et exponit eius reuerentiam erga verbum dei. igitur
 igitur in ecclesia et auget falsa dogmata et
 hereses.

Deinde hominida est .i. molit^r certum hodie;
et omni p^rima d^r a^rbitas odij ipsius aduersus d^m
Ideo conatur nocere hodie et p^rsentem ecclesie, ut
expleret odium suum aduersus d^m. Molitur ex
tunc p^riuatib^z vitiis, affligit valetudinem, inficit
aerem, exortat malas t^rip^ritates, afficit moribus,
deperit^r hab^z, corrumpit res nostras, impellit ad
clagena, pertrahit in praua sodalitia. Deinde
tra in vita politica nocet, exortat crudelitatem
aduersus certam, exortat tyrannos, ut delan
rent resp., ut seruiat in inuicem, ut mo
reat no^ru^ru^r bella, inflammat equitatem
genia ad mouendas seditiones. Et turban
dab resp.

Exontra bonorum angelorum officia sunt, p^rima
veritas sunt hoc e^r amat gl^riam dei, et veram
doctrinam, Ideo promouit pro iudicia, et re
zinunt diabolo et ipiob, sicut mala dog
mata, sicut infirmitas chrym^r. Ideo sunt
ministri ad reuelationes, sicut gabriel mittit^r
ad virginem maria. Item orat pro ecclesia, iuxta
illud, angeli eorum sepe vident faciem patris
et d^r. Deinde sunt respondentes ecclesie.

Primum impediunt tyrannos, et resilla p^rxi
sententias q^d certam. sicut testatur multae histo
rye. heliseus dicit plures sunt nobiscum. Idem
testatur historia ezechielis. Ideo angelus eduxit
petrum ex carcere. Ideo defendit pacem publicam,
impediunt resilla eorum, qui mouent bella contra
ecclesiam, sicut apud danielem, angelus dicit se pro
regno huius p^resens. Ideo apud danielem
locutus vigiles in sebori, que significat regnum
combatur igitur pro regno,

primam defendit vitam, sicut et christus
testatur, p^rimam e^r addatos angelos respondentes,

ad id quod, angelus cum videt faciem patris
et huius officij multa p[er] scripta, ut in
historia Iacob, Iob, Ieremiam, Ieremiam, Ieremiam
puero regno. In Act: 27. angelus g[ra]t[ia] d[omi]ni.

Verissim[us] aut[em] d[omi]n[us] quod a nobis
requirat angelus, videlicet gratitudin[em],
ut et aut[em] vera gratitudo ut ip[s]um
gloriam imitemur, hoc est ut sing[ulis] veraciter
id est ut agnoscant nos deo cuius est
Agnoscant nos talis respectus esse ad
deum, et agant deo gratias p[ro] hoc igitur
beneficio. Item d[omi]n[us] scripto sing[ulis]
nos quos φιλοσοφία, te p[ro]p[ri]as
cuius est, et ut utinam angelos
nobiscum, d[omi]n[us] eos n[on] putat,
et bonis moribus:

Et Paulus, Cor, II v[er]s[us] in v[er]s[us] dicitur
valent supra vel p[ro] angelos q[ui] n[on]
possunt in g[ra]t[ia] ferre, et deserunt
tandem illos et diabolo arguunt q[ui] statim
eos eademmodum legimus t[em]p[or]e p[ro]p[ri]as
v[er]s[us] duos v[er]s[us] q[ui]d aliter p[ro]p[ri]as
suavis domus p[ro]p[ri]as infundat aliter in
ferre et ita ut p[ro]p[ri]as inde p[ro]p[ri]as
had, angelus n[on] infert s[ed] deserit in di
abolo egredere p[ro]p[ri]as s[ed] statim
in n[on] latit[us] t[em]p[or]e alii p[ro]p[ri]as et ad
ly bonis m[or]ibus

ut dicit alijs quo p[ro]p[ri]as eod[em] p[ro]p[ri]as
p[ro]p[ri]as d[omi]n[us] dicitur in v[er]s[us] tua v[er]s[us] p[ro]p[ri]as
Mundum angelis suis de te ut custodiat te
in om[n]ib[us] v[er]s[us] t[em]p[or]e, via bonis deo p[ro]p[ri]as
q[ui] a deo ordinata et complex, s[ed] eod[em] p[ro]p[ri]as
p[ro]p[ri]as, et eod[em] p[ro]p[ri]as s[ed] p[ro]p[ri]as

ib
Dant:
b
b
r
||
ing
eb
cut
in
li
no
in
ment
Di
7
dfe
in
Pfal
R
B
Pfe

151 4 0 173 ...

...

19. 863 04

M.C

von Vg 863, Ak

f

ULB Halle


3

003 584 909



C






B.I.G.


Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Q.N. 206.10.

Vg 863



DISPV
TATIO MAGDE-
BURGENSIS, PER
NICOLAVM AMS-
DORFIVM.
1533

